



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 vtrum liceat negociando vender aliquid plus, quàm sit emptum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

autem, si propter huiusmodi vitium vsus rei redda-
 tur impeditus, vel noxius, puta, si aliquis alicui ven-
 dat equum claudicantem pro veloci, vel ruinosam
 domum pro firma, vel cibum corruptum, siue ve-
 nenosum pro bono. Vnde si huiusmodi vitia sint
 occulta, & ipse non detegat, erit illicita, & dolosa ve-
 ditio, & tenetur venditor ad damni recompensatio-
 nem. Si vero vitium sit manifestum, puta, si equus
 sit monoculus, vel cum vsus rei, etsi non competat
 venditori, potest tamen esse conueniens alijs, & ip-
 se propter huiusmodi vitium, subtrahat quantum
 oportet de pretio, non tenetur ad manifestandum
 vitium rei: quia forte propter huiusmodi vitium em-
 ptor vellet plus subtrahi de pretio, quam esset sub-
 trahendum. Vnde potest licite venditor indemni-
 tati suae consulere, vitium rei reticendo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod iudicium
 non potest fieri nisi de re manifesta. Vnusquisque
 enim iudicat secundum quod cognoscit, ut dicitur *
 in 1. Eth. Vnde si vitia rei, quae vendenda proponi-
 tur, sint occulta, nisi per venditorem manifestetur,
 non sufficienter committitur emptori iudicium:
 secus autem esset, si essent vitia manifesta.

AD SECUNDVM dicendum, quod non oportet quod ali-
 quis per praedictum vitium rei venditae praenuntiet: quia
 si praediceret vitium, exterreretur emptores ab emen-
 do, dum ignorarent alias conditiones rei, secundum
 quas est bona, & utilis: sed singulariter est dicendum
 vitium rei ei, qui ad emendum accedit, qui potest si-
 mul omnes conditiones adinuicem comparare bo-
 nas, & malas. Nihil enim prohibet rem in aliquo vi-
 tiosam, in multis alijs utilem esse.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis ho-
 mo non teneatur simpliciter omni homini dicere
 veritatem de his, quae pertinent ad virtutes: tenetur
 tamen in casu illo de his dicere veritatem, quando
 ex eius facto alteri periculum immineret in detri-
 mentum virtutis, nisi diceret veritatem: & sic est in
 proposito.

AD QUARTVM dicendum, quod vitium rei facit
 rem in praesenti esse minoris valoris, quam videat-
 ur: sed in casu praemisso in futurum res expectatur
 esse minoris valoris per superuentum negociato-
 rum, qui ab ementibus ignorantur. Vnde venditor,
 qui vendit rem secundum pretium quod inuenit,
 non videtur contra iustitiam facere, si quod futurum
 est, non exponat: si tamen exponeret, vel de pretio
 subtraheret, abundantioris esset virtutis, quamuis
 ad hoc non videtur teneri ex iustitiae debito.

ARTICVLVS IIII.

Super Quaestione septuagesima septima Articuli quartum.
 Vtrum liceat negotiando, aliquid carius
 vendere, quam emere.

AD QUARTVM sic proceditur.
 Videtur, quod non liceat nego-
 tiando aliquid carius vendere, quam
 emere. Dicitur enim * Chrysostomus super Mat-
 21. Quicumque rem comparat, ut
 integrā, & immutatā vendendo
 lucraretur, ille est mercator, qui de
 templo Dei eicitur. & idem dicit
 Cassiodorus super illud Psal. 70.
 Quis non cognouit literaturam, uel
 negotiationem, secundum aliam literā,
 Quid, inquit, est aliud negotiatio,
 nisi vilius comparare, & carius
 velle distrahere? & subdit, * Ne-

gotiatores tales. Dominus iussit eicci-
 de templo; sed nullus eicitur de
 templo, nisi per aliquod peccatum.
 ergo talis negotiatio est peccata.

¶ 2. Præter. Contra iustitiam est, quod
 aliquid rem carius vendat, quam
 valeat, vel uilius emat, ut ex dictis
 apparet: sed ille qui negotiando
 rem carius uendit, quam emat,
 necesse est, quod uel uilius emerit,
 ualeat, uel carius uendat, ergo hoc
 sine peccato fieri non potest.

¶ 3. Præter. Hieronimus dicit, Negotia-
 torem clericum ex inopie diuitiū
 ex ignobili gloriosum, quasi quā-
 dam peste fuge: non autem nego-
 tiatio clericis interdicitur esse
 detur, nisi propter peccatum. ergo
 negotiatio aliquid uilius emere,
 & carius uendere est peccatum.

SED CONTRA est, quod Augustinus
 dicit super illud Psal. Quoniam
 non cognouit literaturam: Nego-
 tiator auidus acquirendi, pro dā-
 no blasphematur, per pretium rerum
 mentitur, & peccat: sed haec uitia
 hominis non sunt artis, quae sine his
 uitijs agi potest, ergo negotiari se-
 cundum se non est illicitum.

RESPONDEO. Dicendum,
 quod ad negotiatores pertinet cō-
 mutationibus rerum insistere. Vt
 autem Philosophus dicit in primo Po-
 litico, duplex est rerum commu-
 tatio. Una quidem quasi natura-
 lis, & necessaria, per quam sit cō-
 mutatio rei ad rem, uel rerum, &
 denariorum propter necessitatem
 uitae: & talis commutatio non p-
 prie pertinet ad negotiatores, sed
 magis ad economicos, uel politi-
 cos, qui habent prouidere uel
 domui, uel ciuitati de rebus ne-
 cessarijs ad uitam. Alia uero com-
 mutationis species est uel dena-
 riorum ad denarios, uel quarum
 cumque rerum ad denarios, non
 propter res necessarias uitae, sed
 propter lucrum querendum.

Et haec quidem negotiatio proprie
 uidetur ad negotiatores pertine-
 re, secundum Philosophum. Prima
 autem commutatio laudabilis
 est, quia deseruit naturali ne-
 cessitati. Secunda autem iustitiam
 tuperatur, quia quantum est de se
 deseruit cupiditati lucri, quae ter-
 minum nescit, sed in infinitum ten-
 dit. Et ideo negotiatio secundum
 se considerata quaedam turpitu-
 dinem habet, in quantum non
 importat de sui ratione finem ho-
 nestum, uel necessarium. Lucrum
 tamen, quod est negotiationis fi-
 nis, etsi in sui ratione non impor-
 tet aliquid honestum, uel necessa-
 rium, nihil tamen importat de sui
 ratione uitiosum, uel uirtuti cō-
 trarium. Vnde nihil prohibet

1. lib. 1. ca. 7. tom. 5.

Opus 13. ca. 3.

Hamil 38. in opere im pericō a meo co. 2.

Eodē loco.

lucrum ordinari ad aliquem finem necessarium, vel etiam honestum. & sic negotiatio licita reddetur. Sicut cum aliquis lucrum moderatum, quod negociando querit, ordinat ad domus sine sustentationem, vel etiam ad subueniendum indigentibus: vel etiam cum aliquis negociationi intendit propter publicam utilitatem, ne scilicet res necessarie ad vitam patrie defint, & lucrum expetit non quasi sine, sed quasi stipendium laboris.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uerbū Chryso- stomi est intelligendum de negociatione, secundum quod ultimum finem in lucro constituit: quod pre- ceptū videtur, quando aliquis rem non immutatam carius vendit. Si enim rem in melius mutata carius uendat, videtur premium sui laboris accipere: quamuis & ipsum lucrum possit licite intendi, non sicut ultimum finis, sed propter alium finem necessarium, & honestum, ut dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod non quicum- que carius uendit aliquid, quam emerit, negociatur, sed solum qui ad hoc emit, ut carius uendat. Si autem emit rem non ut uendat, sed ut teneat, & post- modum pro aliqua causa eam uendere uelit, non est negociatio, quamuis carius uendat. Potest enim hoc licite facere, uel quia in aliquo rem meliorauit: uel quia pretium rei est mutatum secundum diuer- sificationem loci, uel temporis: uel propter periculum, cui se exponit, transferendo rem de loco ad locum, uel etiam fieri faciendo. Et secundum hoc nec emptio, nec uenditio est iniusta.

AD TERTIUM dicendum, quod clerici non solum debent abstinere ab his, que sunt secundum se ma- la, sed etiam ab his, que habent speciem mali. Quod quidem in negociatione contingit, tum pro- pter hoc, quod est ordinata ad lucrum terrenum, cuius clerici debent esse contemptores: tum etiam propter frequentia negociatorum uitia, quia diffi- culter exiit negociator a peccatis laborum, ut dicitur Eccles. 26. Est & alia causa, quia negociatio nimis implicat animum secularibus curis, & per eō- sequens a spiritualibus retrahit. Unde Apostolus dicit 2 ad Timoth. 2. Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus, licet tamen clericis uti prima commutationis specie, que ordinatur ad necessita- tem uitę emendo, uel uendendo.

QVAESTIO LXXVIII.

De peccato usure, quod committitur in mutuis, in quatuor articulo s diuisa.

DEINDE considerandum est de peccato usure, quod committitur in mutuis.

Et circa hoc queruntur qua- tuor.

¶ Primo, Vtrum sit peccatum accipere pecuniam in pretiū pro pecunia mutuata, quod est acci- pere usuram.

¶ Secundo, Vtrum liceat pro eodem quacumque utilitate acci- pere, quasi in recompensatio- nem mutui.

¶ Tertio, Vtrum aliquis restituere teneatur id, quod de pecunia usuraria iusto lucro lucratus est.

¶ Quarto, Vtrum liceat accipere mutuo pecuniam sub usura.

Super qua. 78. ar- ticulum primum.

In artic. 1. q. 78. du- bium occurrit circa rationem litterę, qua probatur usuram esse peccatum. Arguunt enim quidam, qd rationes non sint effica- ces: quia falsum est, qd in huiusmodi res mutabilibus non differat usus a substā- tia rei, qm in omni- bus differt, sicut ope- ratio a natura. Et qd ratio illa, qd pecunia est principaliter pp negociationes, non habet locum in aliis mutabilibus, puta uino, tritico, &c. No- cōcludit igitur effica- citer littera intentum. Ad hoc dicit qd veraq; obiectio procedit ex minori intellectu li-

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum accipere usuram pro pecunia mutuata sit peccatum.

AD PRIMUM sic proceditur. Vbi, qd accipere usuram pro pecunia mutuata non sit peccatum. Nullus enim peccat ex hoc, quod sequitur exemplum Christi: sed Dns de seipso dicit, Luc. 19. Ego ueniens cum usuris exegissem illam, scilicet pecuniam mutuata: ergo non est peccatum accipere usuram pro mutuo pecunię.

¶ 2 Pręterea. Sicut dicitur in Psal. 18. Lex Dni immaculata, quia spec- catum prohibet: sed in lege diuina conceditur aliqua usura, sicut in illud Deut. 23. Non fenerabis fratri tuo ad usuram pecunię, nec fruges, nec quamlibet alia rem, sed alieno: & quod plus est, etiam in pre- mium repromittitur pro lege ser- uata, sicut in illud Deut. 28. Fenerabis gentibus multis, & ipse a nullo fœnus accipies: ergo accipere usuram non est peccatum.

¶ 3 Pręterea. In rebus humanis determinatur iustitia per leges ci- uiles: sed secundum eas concedi- tur usuras accipere: ergo non vi- detur esse illicitum.

¶ 4 Pręterea. Prętermittere con- silia non obligat ad peccatum: sed Luc. 6. inter alia consilia ponitur. Date mutuum, nihil inde sperantes. ergo accipere usuram non est peccatum.

¶ 5 Pręterea. Pretiū accipere pro eo, quod quis facere non tenetur, non vř esse secū dum se peccatum: sed non in quolibet casu tenetur pecuniam habens eam proximo mutuare: ergo licet ei aliquando pro mutuo accipere pretium.

¶ 6 Pręterea. Argentum mone- ratum, & in uasa formatum, non differt specie: sed licet accipere pretium pro uasis argenteis accō- modatis: ergo etiā licet accipere pretium pro mutuo argenti mone- ratum: usura ergo non est secun- dum se peccatum.

¶ 7 Pręterea. Quilibet potest licite accipere rem, quam ei domi- nus rei uoluntarie tradit: sed ille, qui accipit mutuum, uolunta- rię tradit usuram: ergo ille, qui mutuatur, licite potest accipere.

SED CONTRA est, qd dicitur Exo. 22. Si pecuniam mutuum dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes.

RESPON. Dicendum, quod accipere usuram pro pecunia mu- tuata, est sicut in iniustum: quia uenditur id quod non est, per qd manifeste inæqualitas constitui-

tere. Et prima quidē, nā qd usus, & res differant, uel non differant, dupliciter intelli- guntur. Primo sicut esse nature: & hoc est extra propo- situm. Secundo in or- dine ad cōmutatio- nes: & hoc est ad- positum, ubi de iusti- tia, & iniustitia cōmu- tationum tractat. Licet ergo in esse na- ture uinum, & uisus uini, puta bibere dis- tinguantur, in ordi- ne tamen ad cōmu- tationes pro eodem computatur uinum, & eius uisus: neque seorsum uendi potest uinum, & seorsum quod bibi possit: & simile est in aliis hu- iusmodi. Et hoc ma- nifestū erat in littera dicente, non qd sint idem, sed qd non de- bet seorsum compu- tari usus rei a seipso. Secunda autem, qm author nō facit duas rationes, ut obiciens interpretat: sed vnā, & sub illa vř. in re- bus, quantum usus est consumptio, substā- mit, qd pecunia sicut principale sui usum est talis res. sicut cuius usus est consumptio. Et probat hoc, quia principalis usus eius est expendi in cōmu- tationibus, secun- dum Aristotelem. Unde patet rationem li- tere solidam effica- cemque manere.

¶ In responsione ad secundum, & tertium, aduertit, qd stando infra terminos iuris di- uini, & naturalis, li- citū est cōdere leges permissiuas usurarū, non propter lucrum principum, quod ab usurariis percipiunt, quia hoc est partici- pare in crimine, sed propter vitandū ma- lum, puta furta, &c. Quemadmodum li- citum est cōdere leges permissiuas me- reticum propter vi- tanda adulteria, nec huiusmodi leges sūt iniuste. Unde in li- tere dicitur, quod lex Moyfi fuit talis, quā constat non esse ini- qua: sed nota, quod aliud est cōdere lē- gem, qd usura possit impunē fieri, & aliud quod usura non pos- sit repeti. Stat enim esse primam legem sine secunda, quod s. usurarius non pos- sit a laico iudice pu- niri.

3. di. 37. artic. 6. Et mal. q. 13. artic. 4. Et quol. 3. arti. 19. Et opul. 73. q. 4. & 15.